

## HOMILIA XX.

mor Domini delectabit cor. Præbet animi fortitudinem (Ecles. 34): Qui timet Dominum, nihil trepidabit. Communicat pacem, et tranquillitatem (Proverb. 13): Qui timet Dominum, in pace versabitur. Irrigat animam fluentis coelestibus (Proverb. 14): Timor Domini fons vitæ. Fœcundat illam, ac bonorum operum felices eam parituri facit (Isaia 16): A timore tuo Domine concepimus, et quasi parturivimus spiritum salutis. Tandem hic filialis timor adeo perfectus esse perhibetur, ut in beatis Deo fruentibus, cessante fide et spe, ipse non cesset, sed in æternum perseveret, Davide dicente (Psal. 18): Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: et Ecclesia canente: Tremunt potestates, coeli, colorumque virtutes: unde cum d. Hieronymus (lib. 1. in cap. 1. Proverb. tom. 4) inquit: Uterque autem timor in futura vita cessabit, claritas vero nunquam excidit, sed in plantatione sapientiae perpetua manebit, intelligendus est loqui non de dono ipso habituali timoris filialis, cum hoc certum sit manere in patria, sed de actu illo, quem iustus elicit in via, timens a Domino separari: hic enim cessabit in patria, cum per visionem beatificam omnino certificentur beati nunquam a Deo separandos fore: quare ipsi timorem solum exercent, dum divinam maiestatem incessanter reverentur, quem actum beata Virgo frequentissime etiam exercuit in via, non vero primum, quia cum agnosceret se factam impeccabilem per plenitudinem gratiæ sibi infusæ, non poterat timere separari a Christo Domino. Adeo autem in ea viguit filialis timor, ut se matrem illius esse affirmaret: Ego mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitiois, et sanctæ spei. Ad rem ergo nostram redeuntis, quamvis Hugo Victorinus existimaverit, beatam Virginem in prædictis verbis, misericordia eius a progenie in progenies timentibus eam, locutam fuisse tam de timentibus timore servili, quam filiali, verius tamen esse arbitror cum nostro Nicolao de Lyra, hunc locum intellexisse de casto, et filiali timore: nam licet Dei misericordia in incarnationis beneficio se diffundat in omnes quoad sufficientiam, quoad efficaciam tamen actualis sanctificationis non se extendit, nisi ad iustos tantum, Deum timentes timore filiali.

Ad ultimum tandem quaesitum, quomodo b. Virgo limitaverit misericordiam Dei ad timentes se, cum etiam non timentes innumeros suæ misericordiae effectus quotidie experiantur, ex nuper dictis facile respondetur, beatam Virginem locutam fuisse, non de communicatione misericordiae quantum ad sufficientiam, sed quantum ad efficaciam; efficaciam autem non communicat iustificationis misericordiam, nisi timentibus Deum; cui sit honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

In illa verba: Fecit potentiam in brachio suo, ostenditur Verbum divinum incarnatum esse Dei brachium, in quo, et per quod Deus potentiam suam mirifice ostentavit.

Quamvis Dei brachium, fortitudinem, ac virtutem divinam ad magna patrandi in sacris quandoque eloquiis denotare soleat, ut constat ex illo (Exodi c. 6): Educam vos de ergastulo Aegyptiorum, et eruum de seruitute, et redinam in brachio excelso: et ex illo (Psal. 43): Brachium eorum non salvavit eos, sed deactera tua, et brachium tuum: et in hoc sensu beatam Virginem hoc loco locutam fuisse putaverint venerabilis Beda (seria 6. ante 4. Domini. Advent.), Euthymius (super c. 1. Lucae), et Eusebius Emissenus (hom. seriae 6. ante 4. Domini. Advent.) dicens: Fecit potentiam Dominus in brachio suo, id est, in virtute, et fortitudine sua, quia diabolum vicit, et infernum spoliavit, et sanctorum animas secum ad coelestia vexit. Divi tamen Augustini (lib. de essen. div. ver. et sup. Ioann. tract. 53), sancti nostri Patris Bonaventurae (in cap. 1. Lucae), Fulgentii (lib. 3. Thym., Athanasii (li. de comm. essen. Patris, Filii, et S. S.), Eusebii (lib. 3. de præparat. evang. cap. 2), Tertulliani (lib. contr. Prax.), Gregorii (lib. 32. Mor. cap. 20), Cyrilli (lib. 8. in Ioann. c. 6), Cardinalis Caietani (sup. cap. 1. Lucae), Lyrani (super cap. 1. Lucae), Glossæ interlinearis, Rupertii Abbatii (lib. 2. super Matth. cap. 20), Hugonis Victorini (super Magnific.), et aliorum Patrum interpretationem sequutus, arbitrator Deiparam Mariam, quae tunc temporis, præcipue cum cœcino hoc canicum, tota erat in incarnationis consideratione immersa, per brachium Dei Verbum divinum incarnatum intellexisse; in quo sensu frequentissime in sacris literis Dei brachium usurpari video: ait enim David (Ps. 70): Donec annunciet brachium tuum generationi omni, quæ ventura est. Isaia etiam (cap. 40) inquit: Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium eius dominabitur: ac tandem d. Ioannem dixisse novimus (cap. 12): Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Isaiae prophetae impleteretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini, cui revelatum est? Ecce apertissime sub nomine brachii intelligit Apostolus Verbum divinum incarnatum. Unde hæc perpendens d. Cyrillus Alexandrinus (li. 8. sup. Io. 10) inquit: Satis autem constat, brachium Domini ipsum Dei Filium nuncupari, qui virtus est Patris: quomodo, in cantico sacrosanctæ Virginis dicitur, fecit potentiam in brachio suo; et crebro apud prophetas hoc pacto sumitur. Non quidem quod Deus Pater figura carnis humanæ detineatur, sed quia per ipsum Filium facta sunt, ideo brachium Domini dictum est, quandoquidem homines potissimum operandi vim brachiis exercent: si enim homo tanta potestate prævaleret, ut sine ullo motu corporis sui, quod diceret, feret, brachium eius, cer-

tum ipsius esset. Quam autem apta hæc sit metaphoram, multa, et eaque præclara mihi ostendunt: ut enim brachium a corpore procedit, et a brachio digitus, quæ tamen cum ipso corpore eiusdem naturæ et essentialis sunt; sic a Patre Filius procedit, et Spiritus sanctus a Patre per Filium; ad eiusdem naturæ, et essentialis tres inveniuntur esse personæ. Deinde brachio operamur arduis opera; et Filius Dei universa, quæ in mundo continentur, tam magna, quam pulchra, atque ordinata brachio suo condidit, iuxta illud (Ioan. 1): Omnia per ipsum facta sunt: unde Dionysius (sup. c. 1. Luc.) dixit: Pater universa creavit per ipsum, redemit mundum, stravit diabolum, fregit infernum, operavit coelum, per ipsum quoque infinita fecit miracula. Deinde sicut brachium ex tribus substantiis coalescit, carne, osse, et medulla, ita Verbum incarnatum constat carne, anima, et Verbo divino: et sicut suppositum humanam carne ipsa tamquam instrumento coniuncto ad exercitium humanarum operationum utilis, ita suppositum Verbi divini humana carne Christi, tamquam instrumento non separato, sed vinculo unionis hypostaticæ coniunctissimo, ad excellentissima opera exercenda utebatur. Ad hæc, sicut brachio nostro sustinemus infirmos, ac pueros, ita Deus Verbo suo omnia condita sustentat, quibus alioquin si ipse non supponeret manum, et brachium suum ad eorum conservationem, in nihilum prorsus abirent. Item, sicut brachio amplectimur in signum amoris, ita brachium Dei in peccatores extenditur ad eos benigne excipiendos, charitableque sua amplexando; super in redeuntis filii prodigi collum brachia superextendit, dicente Luca (c. 11): Cecidit super collum eius: generaliterque id censetur fecisse, quando humanam naturam per unionem hypostaticam est amplexatus. Sicut etiam brachium membrum est musculis, nervis, atque lacertis plenum, ac proinde ad pugnam, et protegendum robore ac fortitudine præstans, ita Dei Verbum, humana carne indutum, ad congressum et luctum cum daemone in crucis palestram veniens eum superavit, et tamquam fortius illo, fortis armati arcem ingrediens, universa eius arma abstulit, et spolia quoque pretiosa diripiit. Sicut item brachium extendi solet tum ad puniendum, aut percutiendum, tum ad sublevandum et auxiliium impertiendum, ita Deus per Verbum incarnatum tamquam per brachium suum, potenter auxiliatur, ac defensionis opportunitatem opem fert (Deut. 32): In brachio suo defendit illos. Quandoque punit, percutit, atque profligat (Exod. 15): Irruat super eos formido et pavor in magnitudine brachii tui. Unde Isaia (c. 48) hæc brachii metaphora utens ait: Faciet voluntatem suam in Babylone, et brachium suum in Chaldaeis, in quæ verba d. Hieronymus ait: Dominus per Cyrum, et Darium brachium suum exercuit in Chaldaeos, nempe per bella, illos expugnavit. Sic Deus per Christum, tamquam per brachium Dei, omnem idololatram per apostolicam prædicationem in variis regionibus expugnavit, sopivit, immo et penitus extinxit, iuxta illud Isaia (c. 51): Me insule expectabant, et brachium meum sustinebant. Bra-

chium, inquam, omnes profligans idolorum cultores, brachium fortiter pugans, et expugnans humani generis hostes, brachium evagiatum gladium tenens, de quo Christus dixit (Math. 10): Nolite arborari, quia pacem venerim mittere in terram; non veni pacem mittere, sed gladium. Origenes (hom. 5. in Ezech. in prin.) gladium hunc intelligendum esse autumat ad instar romphææ, quæ angelus custodiebat paradisi: hunc gladium misit Christus in terram, ut divideret et rescicaret omnes carnis affectus, ac omnem animæ inhaerentem putredinem adiret, et consumeret: verba eius ob insignem doctrinam, quam præserferunt, minime silentio obvolvam: Quis est iste gladius, id est, romphæa, quæ nos formidare debemus, non quando militatur super terram nostram, super quam figuratiter conceptus, ut nobis necesse sit transire per gladium duplex: aliquid habentem in poemam? Habitus quippe ipsius gladii dividit, et secat eum, in quem fertur; si vero ad acumen aciei eius etiam tactus ipse poenalis est, dupliciter torquetur, qui hoc gladio puniendus est: scriptum est enim: statuit igneam romphæam, et foribus custodire vian ligni vitæ. Et quomodo si gladius acutus et candens inferatur in corpus, duplicem tribuit cruciatum, adustionem, et cæcidi; sic et romphæa, quæ ad custodiam paradisi statuta memoratur; quam nunc ob expositionem gladii presentis assumpsimus, duplicem infert tormenta, dum adurit, et dividit. Ut tamen necessarium aliquid, ex quibus Deus sensum nostrum illuminat, in loco presentis interponamus, accipe exemplum. Añut studiosi medicinalis disciplinae, ad quadam corporum curationes necessarium esse non solum sectionem ferri, verum etiam adustionem. Nam ad eos, qui cancro æterno conpustrescunt, candentem sic novaculae lamina, sive quodcumque acutissimam ferri genus adhibent, ut per ignem radices canceris exollantur, per incisionem autem pultrita caro traneatur, et via pateat medicaminibus iniiciendis. Quis putas nostrum canceris, ut illa dicam, habet simile peccatum, ut non ei sufficiat, aut simplex acumen ferri in duobus locis significatum? In alio loco ait: Non veni mittere pacem super terram, sed gladium; in alio vero: ignem veni mittere super terram, et utnam ignem ardeat: igitur defert utrumque Saluator, gladium, et ignem; hæc ille. Ac tandem, ut multa paucis complectar, brachium est Verbum divinum incarnatum, per quod Deus vindictam sumit ab hostibus nostris (Osee 11): Qui percussit Aegyptum eum primogenitis eorum, et duxit Israel de medio eorum in manu potentis, et brachio excelso: brachium, per quod imbecilles confortat (Psal. 88): Brachium meum confortabit eum: brachium pugilis, qui pugnavit, brachium regis Aegypti, hoc est diaboli, confregit, iuxta illud (Ecl. 30): Filii hominis brachium Pharaonis regis ego confregi: brachium, quod perditos, ac dispersos congregat, Isaia dicente (c. 40): In brachio suo congregabit agnos: brachium, qui nemo resistere valet (Sap. 11): Et virtuti brachii tui quis resistet? brachium, quod omnia tam coelestia, quam terrestria suo subieci dominio (Isai. 40): Ecce Dominus in fortitudine veniet, et brachium



eius dominabitur : brachium potentiam suam ostendens in creatione mundi, ut sub egregia illa figuli metaphora Ecclesiasticus (c. 38) dixit: *Figulus sedens ad opus suum, in brachio suo formavit lutum, et ante pedes suos curvavit virtutem suam*: brachium tandem, cuius mira virtute Deus, quod creaverat, receavit, et a satanica servitute redemit, Davide dicente (Psal. 76): *Hedemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, et Joseph.*

Ceterum, quia haec omnia stylo prosequi praesentis eloquii brevitatis non patitur, nonnulla tantum, laconico, ut aiunt, sermone, perstringam, cum permulta de hoc genere argumenti late pertractaverim in nostris homiliis (lib. 2. de incarn.). Multa quidem olim, non inficior, fecit Deus magna, et mirabilia, quando condidit orbem terrarum; sed illa non dicuntur facta per brachium Dei: nam in primis Moyses imperio Dei tribuit creationem lucis (Gen. 1): *Fiat lux, et facta est lux*; creationem vero animae rationalis flatui, seu respiratori Dei adscribit (Psal. 8): *Quoniam inspirationem suam in incarnationis opere mirifice dilexit, quod assumens naturam humanam non solum illam, sed omnes alias creaturas illustravit, et nobilitavit: cum enim in illa omnes res creatae aliquo modo continentur, divo Gregorio (hom. 29. in Evang.) dicente: Omnis creaturae aliquid habet homo: habet namque commune esse cum lapideis, rigere cum marmoribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis, consequens est, quod assumens naturam humanam, omnes creaturas quodammodo Deus specialiter sibi copulaverit, ut etiam Paulus insinuat, cum dixit (Ephes. 1): Omnia esse in Christo restaurata seu recapitulata, ut textus graecus, et Hieronymus habent. Cum enim in homine, seu in natura humana omnia creata quasi in summa et compendio continentur, homo enim, omnis creatura, seu mundus minor dicitur, ut tradunt d. Gregorius (1. 2. c. 7. et 8), et d. Damascenus (1. 2. c. 12); inde efficitur, ut assumpta natura humana a Verbo, ceterae res in compendium, et epitogum quasi reductae censeantur illi copulae. Quocirca merito omnis creatura in eius incarnatione, et nativitate exultavit, ut palam angelorum militia testata est (Luc. 2): *Ecce evangelii zo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* Unde d. Greg. Nazianzenus (orat. 42), et Iustinus (in exposit. fidei), Verbi divini incarnationem pulchre vocantur, *Oeconomiam*, hoc est, universalem dispensationem, quoniam in totius orbis et omnium creaturarum cedit illa utilitatem, et per eam universo orbi magna dignitas, et ornatus accessit.*

Tertio, in eo se manifestavit potentia huius brachii, quod cum infinita essent hominum debita, cum nullum sit peccatum mortale, quod infinitam deformitatem non importet in ratione iniuriarum, utpote quia beatissima Trinitas offensa infinitae est dignitatis, omnium certe istorum debitorum non solum fideiorem, sed et munificentissimum solutorem se constituit. Computum et exploratum est apud sacros et prophanos auctores, per tactum, et porrectionem manus, stipulationem, pollicitationem, aut sponsonem significari. Circumlocutio enim et caeremonia spondendi est manum tangere, at-

immortalis cum mortali, aeternum cum temporario, Deus et homo, Verbum et caro. Unde d. Thomas (in opus. 50. ar. 1) dixit: *Congruent hoc opus Deo, quem decebat sapientiam suam ostendere, potentiam, et bonitatem. Quid autem potentius, quam coniungere extrema summe distantia? magna enim fecit potentia in conjunctione illorum ad spiritum creatum, maxima vero in unione ad spiritum increatum. Quid vero sapientius, quam quod ad complementum totius universi fieret conjunctio primi et ultimi, hoc est, Verbi Dei, quod est omnium principium, et humanae naturae, quae in operibus sex dierum fuit ultima omnium creaturarum? Quid benignius et melius, quam quod Creator rerum communicare se voluit rebus creatis? Benignitas magna fuit in conjunctione sui cum omnibus rebus per praesentiam; unior, quia communicavit se bonis per gratiam; maxima, quia se communicavit Christo homini, et per consequens generibus singularum in unitate personae; haec d. Thomas. Secundo in eo etiam Deus omnipotentiam suam in incarnationis opere mirifice dilexit, quod assumens naturam humanam non solum illam, sed omnes alias creaturas illustravit, et nobilitavit: cum enim in illa omnes res creatae aliquo modo continentur, divo Gregorio (hom. 29. in Evang.) dicente: *Omnis creaturae aliquid habet homo: habet namque commune esse cum lapideis, rigere cum marmoribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis, consequens est, quod assumens naturam humanam, omnes creaturas quodammodo Deus specialiter sibi copulaverit, ut etiam Paulus insinuat, cum dixit (Ephes. 1): Omnia esse in Christo restaurata seu recapitulata, ut textus graecus, et Hieronymus habent. Cum enim in homine, seu in natura humana omnia creata quasi in summa et compendio continentur, homo enim, omnis creatura, seu mundus minor dicitur, ut tradunt d. Gregorius (1. 2. c. 7. et 8), et d. Damascenus (1. 2. c. 12); inde efficitur, ut assumpta natura humana a Verbo, ceterae res in compendium, et epitogum quasi reductae censeantur illi copulae. Quocirca merito omnis creatura in eius incarnatione, et nativitate exultavit, ut palam angelorum militia testata est (Luc. 2): *Ecce evangelii zo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* Unde d. Greg. Nazianzenus (orat. 42), et Iustinus (in exposit. fidei), Verbi divini incarnationem pulchre vocantur, *Oeconomiam*, hoc est, universalem dispensationem, quoniam in totius orbis et omnium creaturarum cedit illa utilitatem, et per eam universo orbi magna dignitas, et ornatus accessit.**

Tertio, in eo se manifestavit potentia huius brachii, quod cum infinita essent hominum debita, cum nullum sit peccatum mortale, quod infinitam deformitatem non importet in ratione iniuriarum, utpote quia beatissima Trinitas offensa infinitae est dignitatis, omnium certe istorum debitorum non solum fideiorem, sed et munificentissimum solutorem se constituit. Computum et exploratum est apud sacros et prophanos auctores, per tactum, et porrectionem manus, stipulationem, pollicitationem, aut sponsonem significari. Circumlocutio enim et caeremonia spondendi est manum tangere, at-

que porrigere: vadimonium enim, seu sponsio, alteri data manu, vel percussa, aut dextra ad alterius manum fiebat; unde Salomon (Proc. 6): *Si sponderis pro amico tuo, deficiisti apud extraneum manum tuam*; quae verba apte Christo Domino congruunt, qui pro nobis vadimonium promittens, defigendas manus et pedes cruci tradidit. Quoniam ergo Christus spondidit pro amico suo, hoc est, pro homine, et illaqueatus est verbis oris sui, et captus propriis sermonibus sponione defixit ad extraneum manum suam, ut liberaret se, cum incidere in manum proximi sui. Id Filius Dei ad unguem exequutus est, carnem assumens, et in diebus carnis suae nulli labori parens, nec morti quidem pro homine; unde Salomon in spiritu dixit (ibid.): *Discurre, festina, suscita amicum tuum: ne detris somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrae tuae. Eruere, quasi damula de manu, et quasi avis de manu aucupis, et ei qui spondidit pro extraneo et alieno, hoc est, Christo, qui pro homine promisit, pignus et vestimentum ablatum est, hoc est, caro, quae per separationem animae a corpore ablata ei fuit, iuxta illud (Proc. 27): *Tolle vestimentum eius, qui spondidit pro extraneo, et pro alienis aufer ei pignus*: unde d. Paulus (ad Hebraeos 7) dixit: *Melioris testamenti sponsor factus est Iesus.* Pretium autem, quod promiserat, non aliter solvit, quam proprium sanguinem in cruce effundens, in quo etiam mirifice detegitur, quam recte brachii munus exercuerit. Ad cuius intelligentiam observandum est, quod licet venarum incisio infirmis res sit utilissima, tamen nudi quodam contingit, ut duo haec simul concurrant, *morbus gravis, et virtus constans.* Sicut enim propter levem morbum, tutum non est satis infirmo scindere venam, ita etiam quando infirmus fuerit adeo debilis, ut nullam habeat virtutem, nec vigorem ad sustinendam sectionem venae, non est illi inferenda propter imminens mortis periculum. Ita dubio procul erat quidem genus humanum valde infirmum pro peccato, et cum aliquo morbo esset gravissimum, non tamen habebat virtutem constantem, carebat brachio, in quo fieret sectio venae, ipsi tanquam necessaria; et ideo extendit Deus brachium suum, misit in mundum Filium suum, ut divinae iustitiae ferrum in eo sectionem faceret, qui nos debiles et infirmi omnino sanaremur: id quod ipse per David nullo ante promiserat, sic dicens (Psal. 88): *Manus enim mea curvabitur ei, et brachium meum confortabit eum*; quasi diceret: quia non est illi propter sanam debilitatem brachium, ex quo sanguis infanti valoris effluere possit, propterea ego porrigam manum meam, ego extendam brachium meum, cuius sanguine confortabitur, et a tanta infirmitate liberabitur, et pretio illius redimetur.*

Quarto, tandem in eo non parum enitet divini huius brachii omnipotentia, quod adversus insidias communis hostis generis humani, cuius tanta esse noscitur fortitudo, ut Iob (c. 41) dicat: *Non est potestas in terra, quae comparetur ei: fideles suos proleat atque tueatur; hoc enim est proprium brachii munus, corpus*

munire atque defendere, seque iniuriis instar seuti exponere, ut illius incolumitati consulat. Unde Isaias (c. 33) ait: *Esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis.* Hinc d. Hieronymus explicans verba illa Osee: *Ego quasi nutritus Ephraim, portabam eos in brachiis meis, ait: Ego qui pater eram, nutritus factus sum, et parvulum meum in utero meis ipse portabam, ne laederetur in solitudine; et ne vel aestu, vel tenebris terretur, in die nubes eram, in nocte ignis columba, ut quos proteceram, meo illustrarem et sanarem lumine: cumque peccassent, et fecissent sibi vituli caput, dedi locum poenitentiae, et ignoraverunt quod curarem eos, et vanae idololatriae quadraginta annorum spatio obducerem, et pristinae redderem sanitati.* Est autem pulchrum ac dignum animadversione, quod cum res bellica agitur, divina protectio imploratur, et cum periculum imminet, tunc Deus constituitur a dextris hominis, est enim laetus dextrum commodius propugnanti, et defendenti, sinistrum vero, quod infirmius est, a manu et brachio dextro prolegitur. David ait (Psal. 119. et 109): *Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam, et alibi: Dominus a dextris tuis, confregit in die irae suae reges: unde, quia ad nocendum operuntur locus hosti est stare a dextris, ideo Davidis illa maledictio (Psal. 118): *Constitu super eum peccatorem, et diabolum stet a dextris eius: et Zacharias de eodem dixit (c. 3): *Stabat a dextris eius, ut adversaretur ei.* Hinc etiam fit, ut imago B. Pauli a dextris B. Petri constituitur in ecclesia romana, ut sic intelligamus, illum gladio accipiti verbi divini defensore, ac illius tutorem specialiter, et opportuna ratione a Deo datum, et constitutum esse. Sed o pelagus infinitae Dei bonitatis, ut ipse ad protegendum nos maioribus obligationibus vinculo se adstringeret! *Fecit potentiam in brachio suo*; hoc est, porrexit ad humanam naturam brachium, et dexteram suam, ut illam in matrimonium sibi copularet, ac mirabilem fidem, contrahendo cum ea nuptias, ei daret, ut loquitur d. Paulus, et exponit d. Gregorius (hom. 38. in Evang.): *frequentissimus enim est in nuptiis per dexteram porrectionem fidem inter coniuges dari; unde de Didone cecinit Virgilius (1. 4. Aeneid.).***

Nec te noster amor, nec te data dextera quaenam, Nec mortura tenet crudeli funere Dido.

Et apud Ovidium (in epist. Phil. ad Demoph.):

Iura fides ubi nunc, commissaque dextera dextrae?

Apud Armenos, et Iberos, ut refert Cornelius Tacitus (lib. 12), illud peculiare fuit, ut non solum dextris, sed etiam sanguine medio foederam iurent: *Mox est, inquit, regibus, quoties in societatem coeant, impicare dexteram, pollicisque inter se vincire, nodoque perstringere, donec sanguis in artus extremos se infuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt: id foelus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sanctum.* At Dei Filii perpetuo atque indissolubili foedere, firmiori ac sanctiori vinculo, medio nempe purissimo sanguine, a ma-



tre sua exhibitio, nuptias cum natura humana celebravit, eique amplissimam dolem ac patrimonium copiosissimum constituit, pretiosissimo eius sanguine in cruce profuso. Suscepit igitur dextera Dei humanam naturam, iuxta illud Isaiae (c. 41): *Suscepit te dextera iusti mei: unde cum Deus iuret, ac pollicitationes suas faciat in dextera sua, et in brachio fortitudinis suae, ut ait Isaías; et cum maiestatem et gloriam suam in brachio dextero ostendat, Ecclesiastico dicente (c. 36): Glorifica manum, et brachium dexteram: cumque per brachium dexterae suae potentiam Deus nobis manifestet, ut ait David (Ps. 89): Dextera tua sic notam fac: opportune Virgo Spiritu sancto afflata, per brachium Dei Verbum incarnatum intelligens, in sonoram illam ac dulcem vocem prorupit: *Fecit potentiam in brachio suo: cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

## HOMILIA XXI.

*Verba illa: Dispersit superbos mente cordis sui: explicantur de Iudaeis, ubi haec praecipue ostenduntur; beneficiorum copia, quibus Deus eos cumulavit; ingratitude illorum, Filium eius occidentium; varia supplicia, quae ob id perpepsi sunt.*

De potentia divini brachii in debellandis hostibus sermonem habiturum, qua omnes suos infestissimos hostes Iudaeos, haereticos, ac daemones profligavit, illa me Davidis verba (Ps. 105) non parum deleterent: *Quis loquetur potentias Domini?* quasi diceret: nemo: unde d. Hieronymus haec verba exponens ait: *Nemo est dignus praedicare potentiam Patris, nisi Filius; nemo potest potentiam Patris loqui, nisi ille, qui et ipse potens est.* Illud tamen in hac difficultate levamen mihi superest, quod meminimus, eundem Davidem alibi dixisse (Ps. 70): *Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini: ubi originale hebraeum legit: Quoniam non cognovi numeros, sive, ut vertunt Symmachus, et Theodoretus: Quoniam non cognovi numerare;* quasi diceret: quoniam non valeo laudes omnibus numeris absolutas Deo referre, ingrediar ad laudandum, non virtute mea, sed Domini potentia fretus, ut explicat Chrysostomus Lusitanus (l. de ver. Domini c. 2. tom. 1): divinae ergo potentiae inimitens non pro dignitate rei, sed pro modulo nostro de mirabili potentia, quam brachium Dei adversus immanissimos suos hostes delectit, sermonem instituum. Prius tamen advertere oportet, quod tametsi probabilis sit expositio Cornelii Iansenii existimantis verba illa b. Virginis: *Fecit potentiam in brachio suo*, intelligenda esse ut praeterita facta respiciat, sicut verbum illud fecit plane sonat. Quemadmodum enim olim Anna mater Samuelis, postquam divinam benignitatem decantaverat, continuo ad praedicandam eius potentiam, et iustitiam in praeteritis factis eluculentem se con-

vertit, dicens (1. Reg.): *Arcus fortium superatus est, et infirmi accincti sunt robore; repleri prius pro panibus se locaverunt, et famelici saturati sunt: ad eundem modum b. Virgo, postquam divinam benignitatem in mysterio incarnationis exallaverat, continuo ad eius potentiam in praeteritis operibus manifestandam orationem convertit. Russus, licet probabilis etiam sit Eusebii Emisseni (hom. 6. ser. 6. ante 4. Dom. Advent.), et Lyranii (super 1. Luc.), Anselmi (Laud. apud Sixtum senen. l. 4. suae bibliot.), et aliorum expositio, asserentium verbum illud fecit de praeterito, pro futuro esse accipiendam: nam Virgo tamquam vera prophetissa, propter omnimodam certitudinem, quam de rei eventu habebat, de re futura loquebatur, tamquam si iam praeterita esset; licet, inquam, neutra haec interpretatio probabilis sit, verius tamen esse arbitrari esse verborum Spiritus sancti ubertatem, ut sub eodem sermone varia mysteria ad diversa tempora plenitudine complectatur: quare si verba haec: *Fecit potentiam in brachio suo*, praeterita ante Virginem saecula respiciebant, alludebat quidem ad tempora illa, in quibus divini brachii potentia mirum in modum se ostentavit, in illis enim totam terram, immo et universam carnem, paucissimis exceptis, diluvii aquis inundavit et suffocavit: quinque copiosissimas civitates, igne devorante, brevissimo temporis curriculo penitus concrenavit: in turrim Babel aedificantes talem confusionis vertiginem immisit, ut ipsi mutuo sese intelligere non valerent, adeo ut cogenter ab opere cessare: principem illum Tyri, qui dicebat in corde suo (Ezech. 29): *Deus sum, et in cathedra Dei sedeo*, acriter adeo punivit, ut ex ore Dei audierit: *Adducam super te alienos robustissimos gentium, et nudabunt gladios suos, et detrahent te: Chore, Dathan, et Abiron contra Dei ministros varia consilia machinantes, a terrae hiato absorberi praecipit; Pharaonem nolentem dimittere populum Dei a tyrannica eius servitute liberum, in mare rubrum submersit, et exercitum illius eiusdem maris aquis involvit; regem Nabuchodonosorem adversus Deum superbe insurgentem, bestiarum consortem fecit, adeo ut una cum illis foenum comederet; regem Balthasarem vasa Dei prophantem in lauto quodam convivio repente parere, et totis artibus contremisere fecit, mitens manum in parietem, quae tribus digitis sententiam a supremo indice latam scriberet, pariterque infirmitatem, regem Semecabrib acerbe adeo multavit, ut una nocte plusquam centum et octoginta hominum millia de exercitu illius interfecerit; Holofernem, populum Dei persequentem, manu imbecillis cuiusdam foeminae interemit, quae propter illius gladio caput eius amputavit; Amanem, populum Israel summo odio persequentem, in patibulo quod ipse Mardocheus iudaeo paraverat, misere et ignominiose suspendi fecit; Antiochum verbis devorandum tradidit; Nicanorem graviter punivit, linguam eius in varias partes divisam avibus devorandam dedit; permultas gentes delevit, ut habetur in Deut. Helbaeum, et Gergezaeum et Amorrhaeum,**

Chananaeum, et Pherezaeum, et Iebusaem, ac tandem, ut ait David (Ps. 134): *Percussit reges magnos, et occidit reges fortes: Seon regem Amorrhaeorum, et Og regem Basan: et dedit terram eorum etc.* In his quidem omnibus, et in aliis quae plurimis, quibus divina scaten e loquia, Deus ante Virginis tempora fecit olim potentiam in brachio suo. Verum ad illa, quae postea patravil, sermonem convertentes, exordiamur primum ab his, quae in Iudaeos divini brachii potentia se manifestavit: per superbos enim, de quibus b. Virgo ait: *Dispersit superbos mente cordis sui*, Iudaeos intelligi testantur d. Augustinus (super Magnif.), Hugo Victorinus, et alii (in commentario huius Cant.). Sacra narrat historia, quod cum filii Ammon et Moab, et filii montis Seir venissent contra Iosaphat, vertit Dominus insidias eorum in semetipsum: nam filii Ammon, et Moab consurrexerunt adversus habitatores montis Seir, ut interficerent et deleterent eos, cumque hoc opere perperasset, etiam in semetipsum versi, mutuis concidere vulneribus. Pari modo superbis, et caecis Iudaeis evenit: cum enim vellet Dominum occidere, semetipsum occidebant, et non tam Domino, quam sibi ipsis noxii existebant. Sicut enim si quis lapidem manu secare velit, lapidem quidem non scindit, sed manum vulnerat; ita Iudaei contra Christum agentes, Christum, inquam, lapidem primarium, lapidem probatum, et pretiosum, lapidem incorruptibilem, lapidem quem reprobarerant aedificantes, qui tamen factus est in caput anguli, perniciem suam moliebantur, et in Deum ipsum interitum tentantes, ipsi interibant. Quod Christus cum illis antea agens, ita sub his verbis eventurum esse, clarissime praedixit (Matth. 21): *Qui occiderit super lapidem istum, confringetur: hoc est; quicumque ex vobis super me occiderit, mihi mortem inferens, ipse morietur.* Verum, ut magis Dei potentia effulgeat, quam erga Hebraeos exercuit, prius bona, quibus alias nationes eos praecellere fecit, breviter indicabo, deinde ingratitude eorum, ac tandem eorumdem supplicium apponam. Deem praecipue beneficis donata fuit gens Hebraeorum a Domino, ob quae in comparatione omnium aliarum nationum, gens inelyta, potens, sublimis, ac peculiaris appellari meruerit. Primum est, quod a Deo fuit electa, ut esset Dei peculiaris populus, ut narrat Moyses in Exodo et in Deuteronomio. Secundum, quod plebs ista veram Dei notitiam, verumque Dei cultum inter ceteras omnes mundi nationes retinuerit, ut apud Ecclesiastam legitur. Tertium, quod in hoc solo populo ab exordio mundi usque ad Christi adventum integre ac perfecte eius fides et religio conservata fuit. Quartum, sacri libri, divinaeque paginae eis conceditae fuerunt. Quintum, Deus suam praesentiam saepe tam in oraculis dandis, quam in responsis reddendis, et promissis exhibendis, in aleisendis mirabilibus, proplandis periculis, multisque miraculis edendis declaravit. Sextum, huius populi protectorem contra barbaras nationes, multos non solum viros, sed etiam angelos defensores mitens, se se ostendit. Septimum, huic soli populo legem a se conditam et scriplam dedit. Octa-

vum, ex hac Iudaeorum natione multi tam viri quam mulieres admirabiles in omni virtutum genere profiere. Nonum, ex hac gente iudaea Messias Christus Iesus ortus est. Decimum, ex hoc populo lex evangelica profeta est, et per Iudaeos in omnes mundi partes propagata. Et ut paucis multa dicam, Moyses in Deut. huius populi excellentiam demonstrare volens dixit (Deut. 7): *Haec est enim vobis sapientia, et intellectus coram populis, ut audientes universi praeccepta haec dicant: En populus sapiens et intelligens, gens magna; nec est alia natio tam grandis, quae habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quae est enim alia gens sie inelyta, ut habeat caeremonias, iustaque iudicia, et universam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? haec ibi. His tamen tantis beneficiis ingrati, cum alioquin Christus Dominus pene innumeris efficacissimis argumentis, necnon evidentiissimis portentis et miraculis doctrinam, qua se Filium Dei naturalem esse asserbat, veram et evidenter credibilem comprobasset, ipsi nihilominus insanientes in eum, mille conviciis et contumeliosis affecerunt, peccatorem illum vocitabant, ac Dei inimicum (Joan. 9): *Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit: miracula eius calumniabantur: necromanticum, et pactum cum diabolo habere non sunt veriti dicere (Luc. 15): In Beelzebub principe daemoniorum eiecit daemonia: eius doctrinam mille cavillationibus impugnantibus vilipendebant (Marc. 1): Quenam doctrina nova est haec? murmurabant, quod cum inter peccatores frequenter inveniretur, unus ex illis esset (Matth. 5): Quare cum peccatoribus, et publicanis manducaret magister vester? voracem et ebrimum illum dicebant (Matth. 11): Ecce homo vorax, et potator vini: Samaritanum illum appellarunt, quod perinde erat, ac si quis fidelem aliquem vocaret haereticum; immo, et addiderunt, emergentem esse (Joan. 8): Samaritanus es, et daemonium habes. Saepe quaesierunt illum interficere, falso accersarunt, regem suum esse abnegarunt (Joan. 19): *Non habemus regem, nisi Caesarem: Barabbas publico latroni, et homicidae illum postposuerunt (Luc. 22): Crucifige, crucifige* acclamarunt: turpissima crucis morte illum damarunt, interemere, ac tandem gloriam resurrectionis illius mille calumniis obscurare conati sunt.**

Haec praevident, et admirans David, interrogavit (Psal. 2): *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum eius? quasi diceret: quare Pilatus, et Herodes atque omnes Iudaei adversus Christum Dominum conspirarunt, ut eum morti traderent? numquid quia sanabat eorum caecos, quia curabat paraliticos, quia mellechar leprosis, quia curabat hidropicos, et alios male habentes? numquid quia daemonia a corporibus ab illis obsessis imperio suo expellebat? numquid quia mortuos eorum ad vitam revocabat? numquid quia evangelicae doctrinae sacra arcania eis reserabat? numquid quia peccata dimittebat? numquid quia pene innumera satis miran-*



da prodigia patrabat? Quare ergo fremuerunt gentes adversus Christum? quare meditati sunt inania contra Dominum? certe cum pro eis nulla prorsus subsistat ratio, ut excusatio (Psal. 2): *Qui habitat in caelis, iridebit eos, et Dominus subvertit eos*: irrisit quidem, cum omnia media, quae ad Christum sperandam et vilipendendum apposerunt, divina eius sapientia contra illos retorsit, et in maiorem Christi gloriam convertit. In cuius figuram legimus, quod Ioseph Ismaelitis venditus a fratribus, prorex Aegypti creatus est, et fratres compulsus eius dominio subingari. Commemorant Flavius Iosephus (de bello Iud.), et Philo, quod in eodem monte olivaram, in quo Iudaei Christum ignominiose comprehenderunt, fuerunt a Vespasiano, et a Tito comprehensi, et multi eorum morte multati: ipsi dixerunt (Ioan. 17): *Si dimittimus eum, omnes erudent in eum, et venient Romani, et tollent locum nostrum et gentem*: quia tamen cum non dimiserunt, sed potius occiderunt, Romani hi imperatores, velut immanissimi carnifices, ac Christi mortis vindicis a Deo missi, pene innumeros Iudaeos trucidarunt, lanceis confoderunt, gladiis transverberarunt, alios ex propriis locis turpiter expulerunt, alios depauperarunt; qui vero residui fuerunt, abiierunt in dispersionem gentium (Psal. 2): *Qui habitat in caelis, iridebit eos*. Iudaei Christum duxerunt ex Caipha ad Herodem, et ex Herode ad Caipham, ad idem Romani, quos gladius non interemerunt, variis vexatioribus excruciarunt, de iudice ad iudicem, ad varia inimicorum suorum fibrimalia eos trahentes (ibid.): *Qui habitat in caelis, iridebit eos*. Innocentissimum Christi carnem multis et pravissimis flagellis excruciarunt, Flaccus tamen Iudaeae praeses, triginta et octo eorum primates per publicas Ierosolymae vias vulpulari praecipit (ibid.): *Qui habitat in caelis, iridebit eos*. Iudaei Christum Dominum illudentes purpura illum indiderunt, et arundinem instar sceptri in manu eius posuerunt; ut tamen Philo (c. 16) commemorat, milites Romani quendam nobilissimum Iudaeum in sublimi throno collocarunt, papiraceo diademate per irrisionem caput eius redimitentes: *Qui habitat in caelis, iridebit eos*. Noluerunt Iudaei transacto paschate Christum interficere, sed tempore paschate mortem ei inferre machinati sunt, ut eo amplius eius infamia cresceret, quanto apud plures divulgaretur, qui ad paschae festum advenabant, cum tamen aliqui inveterata consuetudo vigeret, ut festiva, quae Romani celebrabant in nataliis imperatorum prius praeterirent, quam malefactorum morti adiducati illam subirent; factum tamen est id, praesidente Flacco iubente, ut Iudaeorum mors non differretur, sed ante celebrationem festorum, vel, ut alii volunt, ipso paschate, in quo Christum crucifixarunt, executioni mandaretur: unde Philo Iudaeus conquerens dixit: *An non poterat postea si voluisset, eadem ab illis exigere poenas? recte sane id potuisset; tamen quia gens iudaeica recusat Christi mortem post pascha differre, nec mors Iudaeorum post festa debuit dilari: quia qui habitat in caelis, iridebit eos*. Christum Do-

minum ligno crucis immaniter affixerunt; Flavius tamen commemorat, in eodem die ingenitum Iudaeorum multitudinem ignominiose fuisse crucifixam, tantamque ait illo tempore fuisse crucifixorum copiam, ut locus non sufficeret, nec cruce corporum multitudini: ecce qui habitat in caelis, iridebit eos. Tandem noluerunt Iudaei credere Patrem misisse in mundum Filium suum, quin potius eundem spreverunt; Deus tamen misit in illos patrem unum, et filium unum, Titum scilicet, et Vespasianum, quos supra commemoravi, qui graviter eos oppresserunt, ut qui in Patrem, et Filium credere recusassent, ab uno patre et uno filio suae incredulae obstinationis poenas luerent. Iudaei Christi legem, vera sacramenta, incrementum, et filium sub speciebus panis et vini sacrificium refutarunt, Ecclesiae catholicae a Christo institutae regimini subici obdurato animo repugnarunt; in huius tamen obduratione poenam ipsi remanserunt absque lege, absque vera doctrina, absque sacramentis, absque templo et altari, absque vero sacrificio, absque sacramento, absque oraculis, absque prophetis, absque regimine, absque regno in varias regiones dispersi, et in summo opprobrio apud omnes nationes habit, ut impleretur quod Christus supremus Propheta in eos, et eis vaticinatus fuerat: *Venient dies in te, et circumdabunt te, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternerunt te, et filios tuos qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae*. Huius autem malis tria singularia addo, quibus divina ira in eos exarsit: primum est, quod eorum corporibus gravis adeo foetor inerat, ut nomen foetentium fuerint consequuti. In cuius probationem Ammianus Marcellinus (lib. 2. de Marc. imperat.) scribit: *Ille, cum in Palaestinam transiret, Aegyptum petens foetentium Iudaeorum, et tumultuantium circa se laetio percitus, dolenter dicitur exclamasse: o Marconiani, o Quadi, o Sarnatae: tandem alios vobis deteriores inveni!* Atque in eiusdem rei confirmationem Caesarius venerandae pietatis ac reconditae doctrinae auctor, qui ante quadringentos fere annos scripsit, commemorat, quod veniente quodam Iudaeo cum suis amicis, et cognatis ad monasterium, in quo erat eius filia puella, quae illo invito christianae militiae nomen dederat, ut eam inde educeret; virgo illorum adventus alioquin ignara, sentire coepit foetorem magnum, adeoque intolerabilem, ut audientibus cunctis in hunc modum loqueretur: *Nescio unde sit, foetor iudaeus me gravat: cumque interim Iudaeis pulsanibus, abbatisa diceret: filia Catherina (ita enim in baptismo vocata fuerat) parentes tui cupiunt te videre: cui illa statim respondit: Ecce iste est foetor, quem sensi non video illos. Et sic non acquievit, neque ad illos videndos, aut alloquendos accessit. Ante Christi Domini mortem, Iudaei adeo odoriferi erant, ut Oseas suaveolentibus liliis eos comparare non dubitavit, dicens (c. 14): *Israel geminabit sicut liliam, et erumpet radix eius ut Libani*. Verum totus hic odor post immane mortis Christi patratum scelus, conversus est*

in foetorem, ita ut in eis illud Isaiae impleteretur: *Et erit pro suavi odore foetor*. Dixerunt quidem Iudaei contra Moysen et Aaron indignati (Exod. 5): *Videat Dominus, et iudicet, quoniam foetor fecistis odorem nostrum; sed nunc multo maiori iure sibi ipsi irasci, et indignari debent, quia se ipsos suis peccatis omnibus gentibus abominabiles, ac foetidos reddiderunt*.

Secundum malum, quod incurrerunt Iudaei, illud sane fuit, quod non solum sine aestimatione et honore dispersi versentur inter gentes, sed etiam ut omnibus in proverbium, ac fabulam dati sint, eo modo, quo illis per Moysen multo ante praedictum fuerat (Deut. 28): *Et eris perditus in proverbium, ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus. Nulla enim fere regio est, per quam Deus gentem istam non disperserit, iuxta illud eundem Deuteron. (ibid.): *Disperget te Dominus in omnes populos a summitate terrae usque ad terminos eius*. Et tamen nullibi in pretio sunt, ubique terrarum cunctis nationibus contemptibiles facti sunt. Tertium, ac delerius Iudaeorum malum est, crassissimae ignorantiae densissima caligo mentem eorum occupans (ib.): *Percurtiet te Dominus amentia, et coecitate, ac furrore mentis, ut palpes in meridie, sicut palpares coecus in tenebris, et non dirigas vias tuas: in quibus verbis maxima observatione dignum est, cum coecitate coinxisse Moysen amentiam, ut significaret, quod sicut amotes alonili, et mente capli, cum aegrotant, nec hoc ipsum sentiunt, quod aegri sint, omnemque medicinam, saluberrimamque antidotum respiciunt, ita Iudaei adeo demutati sunt, ut neque gravissimum suum morbum agnoscerent, aut sentiant, omnique suae amentiae salutifera remedia valde detestentur. Hinc facile erit intelligere, quam apte verba illa Virginis: *Dispersit superbos mente cordis sui, Iudaei obstinatissimi conveniant: ipsi enim tamquam superbissimi arroganter dicebant (Ioan. 8): *Nos semen Abrahae sumus, et nemini serviremus unquam: et quia proprium est superbiorum velle omnibus anteponi, amabant primos accubitus in coenis, salutationes in foro, et vocari ab hominibus Rabbi; gloriabantur se Moyses doctrina imbutos: *Nos Moysi discipuli sumus, nos scimus, quia Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus unde sit: huius elationis, et arrogantiae tumentes fluctus compevit Dei potentia, ac severa insulita, in abiectissimo omnium loco illos collocans, ita ut sint omnium novissimi: unde ubi nostra vulgata legit: *Dispersit superbos mente cordis sui, interpres graecus, et siriacus translatio vertunt: *Dissipavit superbos cogitatione cordis ipsorum, id est, ut Euthymius interpretatur: *Dispersit eos, qui superbiabant in cogitatione cordis sui, quique apud se ipsos magnifice senserunt. Sed interrogabit, et merito quispiam, quare Deus non fecit, ut Titi et Vespasiani persecutione per omnem Iudaeam grassante, omnes penitus interficerentur, ita ut nullus residuus maneret, sed voluit potius, ut in dies multiplicentur, variasque regiones incolant? Haec interroganti respondet d. Augustinus (lib. de Civ. Dei********

c. 34) in haec verba: *Quod per omnes fere terras, gentesque dispersi sunt, unius illius veri Dei providentia est, ut quod deorum falsorum usquequaque simulacra, arae, luci, fensura eorum, et sacrificia prohibentur, de coedicibus eorum probetur, quemadmodum hoc fuerit (tanto ante prophetatum, ne forte cum legretur in nostris, a nobis probaretur esse confictum: similem etiam aliam eiusdem Iudaeae dispersionis rationem his verbis tradit Rupertus Abbas: *Notandum, Iudaeorum dispersionem ideo factam esse, ut non tantum in uno loco, sed in omni terra fidem gentium confirmarent, dum cum a parentibus suis crucifixum fuisse asserrent, et Scripturas, in quibus nobis praedictus est, se habere non negarent. Itaque voluit hi Patres propterea Iudaeos non occisos, sed potius in dispersionem gentium abire permittos, ut sacrae paginae libros, qui Christum verum Messiam esse testantur, ad paganos etiam per varias regiones deferrent, ut hinc omnibus innotesceret, ac quae catholica fides docet de Christo Domino, non esse christianorum figmenta, sed ea solum quae antiqui prophetae multis retro temporibus de illo vaticinati fuerant, et in illo ad unguem nunc completa esse perhibebantur. Quare sicut servi post dominos suos codices ferunt, quorum pondere ipsi deficiunt; ita per legendo proficiunt, quibus ipsi onerantur, christicolae vero erudiuntur, et qui ex gentibus ad illos convertuntur. Codicem ergo portat Iudaeus, unde christianus credit, et ille confundatur, et catholica veritas gentibus pateat. Hanc autem d. Augustinus, et Rupertus rationem propterea regis valis propheta confirmo, quae mirifice illam illustrat (Psal. 58): *Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando oblitiscantur populi mei: disperse illos in virtute tua, et depone eos pro teo: domus Domine: D. Augustinus vertit: *Deus meus demonstravit mihi de inimicis meis; alludens forte ad originale hebraeum, quod in hunc modum habet: *Deus videre faciet me in invidis meis: ecce igitur propheta tum non omnes fore occidendos: ne occidas eos: ecce propheta tum dispergendos fore: *disperse illos in virtute tua: ecce utriusque rationem propheta tum: ne quando oblitiscantur populi mei: dum enim ipsi per omnes mundi regiones sacros libros deferunt, non possunt populi oblivisci, nec inficiari ea omnia, quae de Christo eius sectatores praedicant, in sacris illis codicibus multis retro annis divinitus praedicta fuisse. Quare palaverim, quod ad eum modum, quo olim Deus posuit signum in Cain, ita et Cain imposuit in Iudaeis: quemadmodum enim in Cain, quem Deus propter mortem innocenti fratri suo Abel iniuste illatam vagum et profugum super terram esse decrevit, posuitque in illo signum trepidationis, ut aiant Interpreter super Genesim, non occideretur, ut sacer textus ait: *Posuit Dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum; ita sane Iudaeis fecisse videtur, quod propter iniustissimum innocentissimi Abelis, Christi Domini, mortem, vagos super terram, profugos, et dispersos esse voluit; ne tamen occiderentur, posuit in eis signum, signum, inquam, non solum oculum*******



circumcisionis, sed et manifestum, et omnibus patens, observantiam scilicet sabbati, immolationem in paschate, azymorum comestionem, et alias similes antiquas legis caeremonias, quas ipsi custodiunt. Hoc igitur multiplici signo ab aliis omnibus discreti minime occiduntur, Deo id sic providente, ut sacrorum librorum per omnes regiones bauiuli sint, et veritas catholica Christum attestans magis ac magis in dies corroboretur. Qui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XXII.

*Eudem verba:* Dispersionis superbus mente cordis sui, de haereticis explicantur; insignisque invecitiva adversus illos proponitur ex variis Sanctorum Patrum testimoniis, praecipue tamen ex metaphora vulpis, quam multiplici, tam sacra, quam humana eruditione prosequimur.

Sequitur expositionem quorundam doctorum, qui cum Angelo Caestino (*super Miss. disc. 38*) verba illa Virginis, *Dispersionis superbus mente cordis sui*, apte de haereticis intelligi opinantur, adversus haereticos Ecclesiae catholicae infestissimos hostes sermonem opportune incidentem minime silentio praetermittam. Damna quidem innumera, quae haeretici, mendacii parentis, Ecclesiae Dei infulerunt, gravia adeo esse perhibentur, ut ad ea melius explicanda sancti Patres, veritatis amantissimi, variis ac ingominosissimis nominibus eos compellerent; ut cum nullo quantumvis turpissimo nomine, ac foedissimo epithelo eorum malitia, et petulantia aperiri queat, saltem multiplex eorum varietas aliquid tantae nequitiæ propalare, ac detegere possit. S. Hieronymus (*in Zachar.*) vocat haereticos *idololatras*, quia quot errores amplectuntur, et docent, tot idola colunt, et colenda aliis proponunt. D. Basilius (*5. exam.*) vocat eos *zizanium*, catholicae doctrinae frumentum suffocantem. Ioannes Cassianus *beneficos*, qui in vase quod propinant, cum dulcia ambrosia venenum miscet, ut illo alliciant, hoc interimant. Theophilus Alexandrinus (*epist. 1. Paschalis*), praegnantem foeniceam, qui naseam habentes super optima quaeque condimenta, labruscis acribus, immaturis, ac nocivis diversorum errorum fructibus vescuntur. Damascenus, *hydras*, ex quibus varia errorum capita pullulant. Optatus Milevitanus, *fraudentes aucupes*, qui falso suae praedicationis sibilis simplices aviculas decipiunt. Insignis Martyr Ignatius (*ep. ad Trullianum*), *falsos coupones*, et *tabernarios*, qui prissimum ac probatissimum Scripturae vinum cum putrida ac foetenti illorum expositionis aqua commiscet. S. Clemens Romanus (*lib. 2. constit. Apost. cap. 24*), *feras pessimas*, humano habitu indutas, typos immantissimos, diaboli organa seu instrumenta. Clemens Alexandrinus (*7. Stromat.*), *anguillas venas absque medulla*. S. Ire-

næus (*lib. 1. cap. 33*), *terrestres fungos*, quia sicut ii sunt quaedam telluris excrementa, primum eius humorem ac nocivum sugentes, ita haeretici quasi mundi excrementa, quiddid erroris antiqui haeresiarchae reliquerunt, ipsi sugunt, et bibunt. Tertullianus (*cont. Praxeum*) *vespertiones catholicae veritatis lucem excoercentes, haeresum tenebras amantes*. D. Athanasius (*orat. 5. in Arium*), *anguillas*, quae in squalenti coeno lacere gaudentes, et comprehensae et manibus elabuntur, non secus haeretici in spurcissimo diversorum errorum coeno ac luto voluptuario delectantur, et cum a catholicis argumentorum efficacia comprehenduntur, frivolis quibusdam responsis e manibus eorum elabuntur. Origenes (*tra. 13. in Mat.*) appellat eos, *falsa monilia*, quia sicut haec exterius splendent, intus tamen nullius valoris sunt, ita haeretici verborum eloquentia, et ut in plurimum loquentia exterius in ignorantium oculis elecent, interior autem medulla verborum nullius prorsus valoris est. Gregorius Nazianzenus (*orat. 1. in Iulianum*), *chamaeleontibus* illos comparat, quia in varios colores instat illorum, excepto candido veritate, se transformant. Divus Chrysostomus (*hom. 9. in Matth.*) *simias* illos vocat, quia sunt sanctorum falsi, et simulati aemulatores. Sanctus Cyprinus appellat, *adulteros Ecclesiae*, tum quia falsis interpretationibus sacra adulterant eloquia, tum quia tot conenibus sunt mancipati, quot erroribus additi. Sanctus Epiphanius (*serm. 36. cont. Heraclion.*), *scarabaeos* illos vocat super foetentem globum ambulantes: *Scarabaeorum genus, quod a quibusdam, ait, pitularium appellatur*: ac tandem d. Epiphanius comparat illos *colubro seu serpenti, nomine dipsadi*, quia sicut haec, si ex aliquo fonte bibit, in illum venenum suum diffundit, non secus haeretici ad catholicorum libros, tanquam ad fontes, bibere accedentes, nullarum haeresum venenum in eos diffuderunt, quo salubrem catholicae doctrinae aquam mortiferam reddunt; unde sicut cum ad illum fontem a dipsade serpente infectum reliqua animalia ad bibendum appropinquant, venenum ebibunt, ita catholici ad libros sacrorum doctorum accedentes, ut veram ac salubrem doctrinam ciberent, non semel accidunt, ut propter intermixtos in eis ab haereticis errores, diversarum haeresum infestissimam aquam haurirent.

Ceterum inter omnia nomina et epithela ad haereticorum pravitatem detegendam, principem locum tenet illud, quod Spiritus sanctus eis imposuit, *vulpes* illos vocans (*Cont. 2. Capite nobis vulpes parvas, quae demulantur vineas*: quem locum de haereticis intelligi debere testes sunt omni exceptione maiores, d. Chrysostomus (*Psal. 92*), d. Ambrosius (*super Luc. 9. lib. 7*), s. Augustinus (*in Psal. 80*), Elias Cretensis (*in orat. Naz. 2. de Theol.*), Innocentius Tertius (*or. 1*), Magnus Gregorius (*sup. c. 2. Cant.*), s. Anselmus (*ibid.*), Venerab. Bedae (*ibid.*), Alcuinus (*ibid.*), Cassiodorus (*ibid.*), Theodoretus, Iustus, Angelum, et Philo: meritoque id Patres hi censuerunt; quia tam quae in sacra Scriptura, quam quae a philosophis naturalibus de vulpium proprietatibus tradita

sunt, cuncta in illos adamussum quadrant. Nam in primis vulpes animal est fallax ac fraudulentum; unde abicit in proverbium, ut refert Suidas (*in Collectan.*): *Cum vulpe habes commercium dolos cave*: sic haeretici mille calumniis, et fraudibus frequenter utuntur, ut fideles in suam sententiam trahant, ut visum fuit in Timotheo episcopo eutychno, qui, teste Theodoro (*lib. 1. Collectan.*), monachorum cellas noctu perambulabat, a somno illos excilians, singulique ad fores dicens, se angelum a Deo missum, ut eos moneret, Timotheum in episcopum eligere. Saepè etiam haeretici suis libris catholicos auctores mendaciter imposture, ut facilius doctrinam suam venditare possent, ac fideles decipere. Et Lutherus in epistolis, quas ad principes quosdam scripsit, per multa in evangelii laudem edixit, ut illos deciperet; videns tamen nihil ei hanc fraudem prodesse, multa typis mandavit evangelicam doctrinam vituperans, imitans etiam in hoc vulpem illam, de qua fixit Aesopus, quod cum uvas cuiusdam vitis comedere tentasset, et propter nimiam altitudinem eas capere nequivisset, dixit, acres, et acidas esse. Confirmat etiam fraudulentam ac fallacem vulpium naturam, quod imitantur falsi lupi, et latratum canis, cum alioquin gannitus propria vulpis sit vox, ita haeretici cum saevire datur, ululant contra catholicos tanquam lupi; cum autem volunt animas capere, tanquam Ecclesiae cates catholicorum latratum, et vocem simulant: alias gannitum audiendo, melleo, melleo, milleque modis dulciter decipiendi. Unde nobilis et eruditus auctor, et discipulus noster, Joannes del Rio (*super cap. 2. Cantic.*) dixit: *Catholicos decet similes esse cervo, quem Albertus Magnus testatur a gannitu vulpeculae sibi vehementer timere*. Deinde de eadem vulpe sermonem agens inquit: *Ille vorax, immo et omnivorum est animal; fructu, caseo, pisce, carne vescitur: vidi, quae prorsus parvula cum aduneta esset feli lactanti, collectanorum catulorum unum non minorem se catum absumpsit, et pari impietate mox alterum tam callida hypoerisi, ut vix tandem parvicidam nutricula infeliciter deprehenderet, et cubili deturbatae mammam postmodum denegeret. Simili conditione multae respublicae et provinciae hos receperunt humiles dimissisque; mox ut extulere, et ad partem aliquam gubernaculi receperunt, ut Geneva Calvinus, sic alibi soloes Calvinus, ceteros partim capulere, partim interemerunt. Vulpes coccos parit, hi videntes quos decipere, protinus excoquant. Illa ubi minxit, locum sterilem facit, ita ut et natae illic herbae exarescant, aliasque nequeat vitulae germinare: hi, ubi virus suum fuderint, virutes omnes deperdunt, et corda penitus ad opera bona sterilesunt. Quo pacto venetur vulpes acialis carnivoras, scitis; nonne idem isti, quando carnis licentia, ut hano carnales homines in fraudem pellicunt? Fraudandi autem consuetudo ita innata et congenita est vulpibus, ut quantumcumque parvulae in domum deucantur, domari aut domesticae minime reddi possunt, sed semper versipelles et fraudulentas in omnibus se exhibent; unde quidam de Vespasia-*

no loquens, qui ad imperii maiestatem et opulentiam evectus, avaritiae morbo, ut antea laborabat, egregie dixit, ut tradit Svetonius (*in vita Vespas.*): *Vulpes pellem mutant, non mores*. Atque hinc est, quod vulpes nunquam animalia palam insectatur, sed clanculum: quem morem imitatus Lysander, ut refert Plutarchus (*in vita Lysand.*), duces illos irridibat, qui generoso animo indignum putabant per stratagemata hostem devincere, et profligare: unde frequenter satis in ore versabat: *Si leonina pellis non satis est, addenda vulpina*. Nec ab hac sententia longe aberat celebris ille dux Silla, de quo Romanus Carbo solitus erat dicere, Plutarcho id referente (*in vita Syllae*), duo animalia, quae in cretore Syllae debebant, leo, et vulpis, bellum plenum adversus ipsum gerere, molestus tamen, et importunus magis illum vexasse; significans ad vincendum vulpem profuisse Syllae vulpium fraudem, quam leoninam fortitudinem; ad quod alludens Curius Boldierus nobilis Italus, ut auctor est Camillus (*in suis impres. p. 1*), depixit hastam, ex qua vulpis cauda pendeat, ut hac ratione significaret in bello non solum fortitudinem, quam hasta denotebat, sed et fraude, per vulpium caudam significatam, utendum esse instar vulpium. Ergo ut ad rem nostram redeamus, haeretici mille fraudes tentant, vulpibus saltem armis pusillis quosdam animo, et imbecilles scientia expugnent. Unde David eorum fallacias praevidens dixit (*Psal. 7*): *Linguis suis dolose agebant*: super quae verba d. Hieronymus affirmat, haereticos unum in corde gestare, et aliud ore proferre; quandoque enim apparet pietas in verbis, sed impietas semper residet in praecordiis; sermone produnt Christum, sed intus regnant antichristus; ac tandem Absalonem aemulantes, qui cum regnum ambiret, litigantes qui in curiam veniebant, amplectebatur, ac verborum dulcedine, ut eos ad se alliceret, blandiebatur; ita haeretici sermonis melodia ac fucatis verbis animos fidelium occupari fraudulentum satagunt, ut ad eorum errores sectandos illos inducant. Illud etiam est vulpium ingenium, ut nunquam generosa animalia invadant, sed pupilla et infirma, anates, gallinas, agniculos, et similia; non dissimiliter haeretici rarissime viros catholicos doctrina praestantes expugnant, et ad suam sententiam trahere aggrediuntur, frequentissime tamen ignaros quosdam homunculos, ac infirmas mulierculas decipere tentant, ut d. Hieronymus (*in cop. 64. Isai.*) observavit, cum dixit: *Multae Hispaniarum, et Lusitaniae decipuae sunt mulierculae*.

Ad haec ea est vulpium conditio, quod instar strabonum, quasi extortis oculis oblique respiciunt, et non recto; argumentum planum interioris earum obliquitatis. In hoc haeretico quis non videat vulpibus ex una parte persimiles esse, cum nunquam sacram Scripturam rectae, sed oblique intentionis oculis inspiciant; ex altera vero catholicis valde dissimiles esse, quorum oculi instar calvarum catholicae doctrinae arcana christiana simpli-



cale cernunt? docti sane a coelesti illa Spiritus sancti columba, qui, ut Christus dixit: *Docet vos omnem veritatem*. Memini Deum per Ezechielum prophetam ad haereticum hominem dixisse (*Ezech. 32*): *Conturbabis aquas pedibus tuis*: in quorum verborum commentario d. Hieronymus (*sup. c. 32. Ezech.*), affirmat, claras ac splendentis aquas, in quibus fidelium animae refrigerantur, divinas literas esse; haereticis tamen volentes aquas mundas Siloe ebibere, quae vadunt cum silentio, squalentes, turbidas, ac immundas errorum fontes quaerunt, Arrium, Scellium, Nestorium, Calvinum, Lutherum, Ecolampadinum, Bezam, et alios huius farinae perditissimos homines, a quibus non nisi impudentissimos errores hauriunt. Idque mirabile est in his haeresiarchis, quod sicut olim convivae regis Balthassaris in sacris templi vasibus vium delibantes inebriabantur, falsosque Deos colebant, ita haeretici, ut observavit d. Hieronymus, in eisdem sacrae Scripturae vasibus bibentes, illi potantur ad ebrietatem, fideles ad sobrietatem: idem sane est testamentum vetus, idem novi testamenti codices, quibus catholici et haeretici utuntur, tamen illi instar apes argumentosae, dulcissimum verae doctrinae mel, illi vero instar araneae, venenum edunt. Quibus sano accidit, quod olim Aegyptiis, qui ab eodem flumine, a quo claras et mundas aquas Israelitae hauriebant, ipsi Aegyptii impuras et sanguinolentas deducebant. Est insuper vulpibus haec innata proprietates, ut d. Gregorius (*lib. 19. mor. c. 1*) adnotavit, quod nunquam rectis itineribus, sed tortuosius anfractibus perambulant, sic haeretici fugiunt ingredi tritas sanctorum Patrum vias, nolunt eorum sequi vestigia, sed singularitatem amantes, tortuosae itinera quaerunt, per pravae doctrinae anfractus semper errantes, ut non immerito dixerit David (*Ps. 79*): *Singularis ferus depastus est eam*. Quod sane malum Ecclesiae catholicae valde nocivum praevidens d. Paulus, discipulo suo Timotheo, et in illo omnibus catholicis, dixit (*1. Tim. 6*): *Prophanus vocem novitates devota*, vel, ut ingeniose vertit Theophylactus: *Prophanus vanitates, vel vocitates*. Id non semel observavi apud priscos illos Patres, sanctitate et doctrina conspicuos, quod ingenti odio novitatem persequantur adeo, ut d. Augustinus scribens ad Optatum super quadam illius opinione parum sibi accepta, non alia ratione illam refellit, quam dicens: *Ipsa sola novitate displicet*. Et Sophronius in concilio Seleuciano, cum quorundam recentes opiniones multis fucatis rationibus constabili auidere, aegre id ferens dixit, quod si liceret quotidie in rebus fidei novitates introducere, nihil firmum deinceps in Ecclesia Dei haberetur. Vulpes item se dormire, et aliquando se mortuos simulant, ut liberius quod intendunt, obtinere queant; ad eundem modum haeretici, hypochrisis amantissimi, virtutem simulant, sanctitatem fingunt, externam devotionem praeserunt, ut his pietatis involveris tanquam rebus, permullos venari possint, et in suam perducere sententiam; et sicut Ecclesia catholica verbo divino instar retis utitur, quo innumeros pi-

scatur, et ad fidem catholicam ducit, ita haeretici, ut advertit d. Hieronymus (*super cap. 9. Eccles.*), ornata sua oratione et dulci sermone, tanquam reti, multos illaqueant: *Sagena*, inquit Hieronymus, *corum est sermo affabilis, blandum eloquium, simulata levitas, vestis humilis*. His tamen blandimentis immanes sunt, et cruenti animorum carifices, instar vulpis, quae cum gallinam comprehendit, sanguinem eius sugit, trucidat, ac devorat. Ad quod referens idem d. Hieronymus (*in Abdiam*), haereticos comparat Esau crudeli, *Edom cognominato*, quod interpretatur *sanguis*, quia sicut ille proprii fratris sui Iacobi sanguinem effundere curavit, ita haeretici catholici fratris sui per generationem baptismi sanguinem ebibere sagit; unde nec Decii, nec Diocletiani, nec Vespasiani adeo crudeliter in Ecclesiam fuisse perhibentur, quantum immanes in eandem se ostentantur Arrii, Sabellii, Nestorii, et similes alii. Hi ergo infestissimae vulpes sunt, quae demoliantur Ecclesiae catholicae vineam, eamque radicibus devastare conantur.

Fraudes autem, quibus ad illam demolendam utuntur, persimiles sunt illis, quas vulpes ad vineam devastandam adhibere solent; illae quidem radices vitis corrodunt; radicem-ego vitae spiritualis fidem esse agnosco, hanc tamen milies cotrosam reperio ab haereticis: mysteria quae catholici symboli in memoriam revocant, idque verissimum esse facile deprehendunt. Manichaeus haeresiarcha deorum multipliciter docebat: Arrius constabat infalibilem Filium cum Patre negabat: Valentinus corpus Christi non esse vere humanum, sed phantasticum sibilabat: Nestorius, Mariam non esse Dei Genitricem sacrilego ore probabat: ecce haeretico radices evangelicae doctrinae cordentes. Quomodo etiam aliter vulpes vineam dissipare solent, teneros vitium pampinos comedentes, ita haeretici non semel magnum Ecclesiae nocuum intulerunt, dum teneros eius filios, infirmos tamen, quia nondum profundas lecerant in fide radices, a Christo, eius vite, praeciderunt, charissimaeque Ecclesiae pignora, quae ad ubera sua ipsa lactabat, ab eisdem uberibus cae dividente, ad haereticos nutrices, qui corruptissimo haereticae doctrinae lacte illos nutriunt, fraudulenter transtulerunt. Aliud etiam magni momenti damnum solent vulpes vineis inferre, cum maturos eius racemos dentibus praecidunt. Simile nocuum non semel ab haereticis suscepit Ecclesia catholica, dum viros aliquos in doctrina protectos, qui velut maturi Ecclesiae catholicae vineae racemi erant, nunc fallacibus argumentis, nunc variis promissionibus praeciderunt, et ab Ecclesia separarunt. Hoc damnum perpendens doctissimus Vincentius Lirinensis (*de profana haeret. nov. c. 23. et 24*), dixit, eam esse maximam Ecclesiae iacturam, cum doctiores illius ad haereticos se transferunt. Vulpes insuper, ut d. Augustinus (*sup. Psal. 80*) observavit, sunt animalia semper foetentia, in quo egregie haeretico adumbrant, quorum doctrina non nisi foetorem spirat, cum invilitio sibi ad sacrilegas nuptias, et ad omnium libidinum prostibulum licentiosa facultas, nec non

honorum operum et sacramentorum Ecclesiae, quae praesentissima sunt animarum antidota, exterminatrix. Idem etiam d. Augustinus ait, vulpes solitas habere tales foveas, ut ex una parte intrent, et ex altera parte exant; non secus haeretici, et maxime Calviniani, duas habent saae foveae ianuas, vel, ut melius dicam, unam lanuam habent, et unum posticum, quia si sunt imbecilles et impares catholicis, nulli, inquit, vis adhibenda fidei causa: si superiores, Papistas clamant non esse tolerandos. Quid plura? David (*Ps. 72*) ait, eos qui persequuntur animas amicorum Dei, *partes vulpium fore*. Quibus quae est pars in haereticorum coasistoriis, nisi persequutoribus amicorum sponsi, hoc est, Christi et Ecclesiae? Herodes a Christo vulpes fuit appellatus (*Luc. 13*): *Diele vulpi illi*: super quae verba Glossa ordinaria ait, Herodem haereticorum tyrum gerere, quia sicut ille tentavit Christum infanctum occidere, ita haeretici totis viribus catholicas veritates, seu Christum per fidem, et charitatem in animis fidelium inhabitantem extinguere contendunt. Colligatas legimus caudas vulpium a Samson; et quoties quaevo validissimis argumentis convicti, tanquam funibus colligati, visi sunt haeretici cum catholicis disputantes? et nihilominus non solum ab Ecclesia, sed a suis etiam capitibus, Calvino, et Beza, imo, et a se ipsis, ut haec nostra tempestate contingit, dissentiant, modo hoc affirmantes, modo idem negantes; et tamen sic dissentientes semper insurgunt simul in Ecclesiam, matrescentes eius segetes adurere sagitates.

O felix Italia, o felix nostra Hispania, in qua sacerrimum sanctae Inquisitionis tribunal viget, et in qua tot adsumt christianae fidei defensores, Ecclesiae catholicae oculatissimi angeli, custodes christiani gregis, vigilantissimi pastores, solidae, et incontaminatae doctrinae solliciti conservatores, inimicorum adversus Ecclesiam romanam, inimicorum adhaerentium acerrimi vindices! Hi instar Moysis vituli adoratores trucidant; instar Iosue sacrilegos Achanes lapidant; instar Eliae falsos sacerdotes gladio confodiunt; instar Matthaiae igne ac zelo religionis accensi, haereses idolis sacrificantes occidunt, et aras eorum evertunt; instar Samuelis perfidos Saulos expoliant, et a sua sede deturbant; instar venerabilium senum, inter lepram, et lepram iudicant, ut haeresis lepra, quae serpit ut cancer, coinguinatas a catholicis separent, et sequentes, scientes, quod una morbida pecus solet inferre omne pecus; instar tandem fortissimi Samsonis, quia sicut ille vulpes comprehendit, ut Philisthaeorum fidei devastaret, ita sacri Inquisitores ac secuti censores haereticas vulpes diligenter quaerunt et comprehendunt, ut haereticam pravitatem exterminent et absumant.

Si tamen nosse desideratis, quomodo vulpes istae comprehendendi debeant: respondeo similis modo capiendas atque silvestres vulpes capiantur. Tribus quidem modis istae capiuntur. Primus est agnoscendo eorum foveam; tunc enim ad exitum eius plerumque

capiuntur. Secundus, quando illa non agnosceat, laqueo illis parare, ut dum transeunt, incidant in eum. Tertius, ut cum neque a fovea sua exeant, neque laqueo irretiantur, ignis fumigans foveae illarum apponitur, sic enim egredi compelluntur, et comprehenduntur: non secus ad comprehendendos haereticos, et praevacanda mala quae inferunt, tria sunt adhibenda remedia, primum nosse illorum foveas, hoc est loca, ad quae divertunt et quibuscumque frequentius loquantur. Haec enim ratione sponsus namque sponsae comparat turri respicienti contra Damascum (*Cant. 2*): *Nasus tuus sicut turris, quae respicit contra Damascum*: nam sicut nasus virtute olfactus manifestat, quae latebant, ita speculatores ex sublimi turri praedorarii debent inimicorum insidias, illasque detegere; quod sane Inquisitores et censores fidei tam in Italia, quam Hispania vigilantissime praestant. Secundum remedium est, argumentorum laqueos illis parare, et validissima sacrae Scripturae testimonia velut retia eis ponere, quibus convicti et salubriter illaqueati maneat. Tertium tandem, si haec non prosint, igne et fumo de cavernis expellendi sunt, implendo illud: *ure, seca, non dum male parvis vana in malos elementa, sis in bonos crudelis*; cum enim haereticus sit sarmentum siccum, et a vite, Christo, praecisum, solum ei restat, ut in ignem mittatur et ardeat. Terra quidem quae spinas et tribulos germinat, reprobat, et ad ignem destinata censetur a d. Paulo (*ad Heb. 6*), *cuius consummatio in combustionem*. Terra haec haereticum hominem designat, qui quot errores credit, tot spinas veritatem catholicam suffocantes in corde germinat; et ideo tanquam reprobae terrae consummatio in combustionem ei convenit. Unde olim apostatae, qui a Moyses se separarunt, igne divinitus misso fuerunt combusti, ad cuius imitationem ignis poena convenientissima Ecclesia haereticos multare consuevit. Nicephorus (*lib. 3. c. 35*) enim refert haereticum Anathalium vivum voracibus ignis flammis fuisse absumptum: Leontius episcopus quadam monasteria, ad quae multi confluxerant haeretici, igne penitus concremavit: Bonifacius octavus, postquam viginti retro annis quidam eremita, nomine Pangelupus, honorifice fuerat Ferrariae sepultus, quia tamen haereticus iuridice probatus est, continuo praecipit exhumari, et ossa eius publice comburi. Quid quod divus Gregorius (*l. 1. Dial. c. 4*) laudat, et probat, quod Romae magicus quidam Basilius fuerit combustus? Sed non solum Patres, sed et dens ipse hoc supplicii genus probasse videtur; cum enim Ieremiam prophetam interrogasset: *Quid tu vides?* ille respondit: *virgum vigilantem ego video*; sed iterum Deo interrogante: *Quid tu vides?* respondit: *Ollam succensam ego video*: quibus non obscure significare voluit, quod obstinatis peccatoribus, et maxime haereticis, quibus non prodest virga correctiois, convenienter adhibetur tanquam pertinacibus ardentis ignis poena. Cum tamen contingit, ut persaepe accidit, ut haeretici in manus sacrorum Inquisitorum non incidant, Deus ipse tanquam generalis



et supremus inquisitor, cuius manus minime subterfugere possunt, per se ipsum immediate variis suppliciis in hoc etiam saeculo illos afficit: Simon enim magus per aera magica arte volitans, divina virtute seminortuus in terram concidit, ut Arnoibius (l. 2. *contra gentes*) scribit: Constantius Arrianus gravissimo dolore confectus, instar rabidi canis vitam exhalavit, ut refert Ammianus Marcellinus (lib. 21. *hist.*): Manichaeus per sententiam in eum latam a rege Persiae, integra pelle detracta, decorticatus fuit, ut d. Epiphanius (*haeres* 66) tradit: Montanus carnifex sui ipsius extitit, cum seipsum e collo suspendit, ut Eusebius (l. 5. *histor.* c. 16) testatur: Parmenianus mortuus est deceptus et dilaceratus ab eisdem canibus, quibus sanctam Eucharistiam, de qua d. Thomas (in *prosa*) dixit: *vere panis florum, non nullendus canibus, impudentissime proecerat*, ut Oplatus (lib. 2. *contra Parmen.*) contestatum reliquit: Arrius ventrem purgans, etiam intestina summo dolore effudit, et animam diabolo tradidit, ut Athanasius (orat. 1. *contra Arrium*) affirmat: Valens Arrianus vivus fuit concrematus, ut Rufinus (l. 1. *suae hist.* c. 13) commemorat: Iulianus apostata instar Datan et Abiron a terra fuit devoratus, id referente Nazianzeno (or. ad Athan.): Nestorius illud tormenti inauditum genus sustinuit, ut a veribus sacrae eius lingua, quae tot errores protulerant, corroderebat, ut Evagrius narrat (l. *suae hist.* c. 7): Anastasius haereticus imperator fulmine coelitus demisso, misere interit, ut apud Cedrenum (in  *suo compend. hist.*) legitur: Calvinus pediculus, vel vermiculus, ut alii volunt, consumptus, vitam praesentem cum morte commutavit, ut scripsit Hieronymus Bolzens (in l. *de vita illius*). Ecce igitur quam veraciter b. Virgo de haereticis prophetavit: *Dispersit superbos mente cordis sui*; cum ab excelsis ac superbis illis cogitationibus alta sapientibus ceciderint, miserimo mortis genere vitam finientes.

Advertere tamen oportet, in his verbis assignasse beatam Virginem communem radicem unde pullulant haereses, nempe superbiam; volentes enim haeretici arcana nostra fidei humanae rationis discursu ponderare, inventi sunt minus habentes, quam catholica veritas doceat; in cuius figuram apud d. Ioannem (l. 6 *suarum revelationum*) lego, vidisse equum nigrum et equitem super illum stateram habentem in manu sua: eques hic super equum nigrum haeretici hominis tyrum gerit, qui super caliginosam ignorantiae suae abyssum equitans, statera fallaci humanae rationis divina mysteria superbe, et petulantur praesumit ponderare et mensurare, immemor quod Deus ad mensuranda ea, quae ad sanctuarium pertinebant, legem olim statuit, ne communia statera quispium uteretur, sed propria et speciali ipsius sanctuarii: ad mensurandas quidem catholice veritates fallax est sola humana ratio; vera et fidelis statera est divina revelatio, et Ecclesiae catholicae expositio; quam quia superbi haeretici respiciunt, etiam a Deo respiciunt, beata Virgine dicitur: *Dispersit superbos mente cordis sui*.

Ad extremum illud dicendum restabat, quando opportunius haereticae istae vulpes capiuntur. Spiritus sanctus certe id non obscure docuit, dum monet, cum parvulae sunt, comprehendere debere (Cant. 2): *Capite nobis vulpes parvulas, quae demoluntur vineas: vulpeculae parvulae quantum capta sunt faciles, tantum inveteratae vulpes sunt difficiliore; graeco enim proverbio vulgato dicitur: Annosa vulpes haud capitur laqueo: non dissimiliter recentes haeretici facilius ad catholicam fidem redeunt, anosi vero et inveterati ita tenaciter suis impiis adhaerent erroribus, ut difficillime ab eis divellantur. Quantum autem intersit principii obstaré, et non sero medicinam parare, experientia ipsa cum magna Ecclesiae iactura comprobavit: modicum quidpiam est ignis scintilla, si tamen in pulverem bellicum incidat, arces et civitates solo aequat: parum fermenti modicum quidpiam est, et tamen totam massam acidam reddit: modicum cancri exiguo membro insidens per totum corpus paulatim serpit: una pecus non semel totum gregem infecit. Oportet igitur ad haec incommoda vitanda, ut absque ulla mora, scintilla extingatur, fermentum massae non misceatur, cancer ulterius progredi prohibeatur, alioquin domus tota, massa tota, corpus totum, greg totus concremabitur, corrumpetur, canero putrescet, et morbida fiet. Scintilla quidem unica fuit Arrius in Alexandria; quia tamen absque illa interposita mora non fuit extincta, quasi totum Orientem combussit: parum fermenti fuit Donatus in Hipponne; quia tamen continuo non fuit segregatus a fidelium massa, brevissimo tempore magnam Africae partem corruptipetens cancer erat Marioni in Ponto; quia tamen statim non fuit praecisus, haereticae doctrinae cancro partem septentrionis non modicum exulceravit: una sola pecus morbida erat Lutherus in Witemberga; quia tamen confesim a grege non fuit expulsus, ingentem partem occidentis labefactavit. O insignem nostrae Hispaniae laudem, quod nullum unquam genuerit Hispanum, novae sectae invenlorem! Hispanus quidem fuit Priscillianus; non tamen haeresis inventor; eam enim didicit a monacho quodam aegyptio, Marco nomine, haeretico gnostico: Haeresis Arriana ortum habuit in Alexandria, per Gothos vero in Hispaniam introducta, penitus tamen fuit extincta felici regis Recaredi tempore. Vigilantium haereticum quidam putant fuisse Hispanum, alii Gallicum; hoc tamen licet in dubium vertatur, certum tamen est ex Gallia eam haerens adduxisse, ubi edoctus et instructus fuit a sua inventute per plurimos annos. Quod si in Hispania pullulare coepit haeresis, integerrimam Deiparae virginitaltem negans, Teudis, et Pelagius Gallici haeretici illam asportarunt, quos tamen verbo, et scripto acriter confutavit, et convicit sanctus Ildephonsus Hispanus archiepiscopus Toletanus. Ad haec cum haeretici Albigenenses in Gallia suam diffunderent haerensim, sanctus Dominicus Hispanus, non solum Hispaniae, sed totius Ecclesiae catholicae decus, et ornamentum, illos acerrime expugnavit, et Dominia Blanca regina Galliae, Hispana tamen*

natione, catholicae fidei zelo accensa penitus illos extinxit. Unde Genebrardus, licet natione gallus, veritate tamen compulsus acrimoniam considerans, qua Hispani tam haereticos, quam paganos extirpare conantur (lib. 4. *suae Chronogr.*) dixit: *Quasi Hispanorum epus sit capuagne in fideles, et paganos*. Et ibidem paucis interpositis, loquens de rege Hispaniarum Ferdinando subdit haec verba: *Quo anno in perpetuum Iudaeos suis hispanicis regnis expulit, et ut haereticos, et Mauros penitus inde evelleret, Inquisitionis Officium instituit, cui etiam rex ipse subesset: haec ille. Cum autem dixit: Inquisitionis officium instituit, subintelligi debet ex auctoritate a Sede apostolica ad id concessa. Ingentes igitur gratias Deo optimo maximo referat catholica nostra Hispania, sub catholico per antononiam Hispaniarum rege Philippo Tertio, quod, ut sponsus dixit (Cant. 2): *vinea nostra floruit*, cum alioquin Angliae vinea perierit, Germania a singulari apro partim depasta Iugeal, Gallia vero in permittis ignis locis, proh dolor! penitus aruerit: gratias iterum immortales Hispania Deo referat, quod si quandoque, quod raro contigit, haereses in ea pullularunt, adventitiae quidem fuerunt, non ibi exortae, continuoque illae a vigilantissimis contra haereticam pravitatem iudicibus reserantur, et cum eorum assellis comburantur, ut sic integra, inviolata, sincera, pura ac irrefragabilis Christi fides semper permaneat: cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

## HOMILIA XXIII.

*Eadem verba: Dispersit superbos mente cordis sui, iuxta quorundam Patrum sententiam de daemonibus explicantur, nec non de omnibus superbis indiscriminatim, varisque modi commemorantur, quibus divini brachii potentia illos dispersit, et dissipat.*

Nomine *superborum* b. Virginem comprehendisse Luciferum, et omnes eius consortes, testatur cum d. Augustino (tract. *super Magnific.*), Eusebius Emisenus (hom. *sermo sectae ante 4. Domini. Advent.*), dum ait: *Fecit potentiam Dominus in brachio suo, quia diabolus vicit, et infernum spoliavit: necnon eruditus auctor Salmeron (super Mag. tom. 3. de infant. Salr.) dicens: Quod ergo ait, dispersit, ad superbos et elatos daemones virtute brachii huius et caelo turbatos referendam est, ut interpretatur Euthymius. Scio Theophylactum per hos superbos intellexisse malignos spiritus, qui Christi virtute, et imperio de corporibus humanis pellendi erant, ut id testimonium esset, se ad eripiendas animas a satanica potestate venire; sed verius apparet ad omnes daemones verba illa extendi, ut praecitati Patres volunt, et tradit d. Thomas (in sua *Catena super cap. 1. Luc.*), et docuit Hugo Victorinus in haec verba: *Fecit potentiam in brachio suo, quia per humilitatem Filii sui diabolus vicit, ideo fecit potentiam in* CARTHAGENA DE B. M. V.—Vol. I.*

*brachio suo. Brachium eius Filius est. Potentiam in brachio fecit, quia per id, quod factum est in ipso, redemptum est, quod factum est ab ipso. Accedit, quod daemones sunt superbi per antononiam, iuxta illud Davidis (Psal. 73): Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper: rationabiliter ergo hi Patres nomine *superborum* intelligunt omnes daemones indiscriminatim. A primordius quidem creatiois angelorum, Lucifer supremus omnium illorum miram suam pulchritudinem intuens, velut alter narcissus, in amorem sui exarsit; ut enim Ezechiel dixit (cap. 28), erat signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuit. In quibus verbis vocans illum signaculum similitudinis, significare voluit imaginem fuisse ad vivum beatissimum Triadem experimentem: sancta quippe, et adoranda Trinitas, magnitudo, sapientia, et pulchritudo, est Pater potentia, Filius sapientia, Spiritus sanctus pulchritudo: lucifer autem ex his omnibus, hoc est, potentia, scientia, et pulchritudine plus ceteris participavit, ideo signaculum similitudinis illum propheta appellavit. Complacens igitur Lucifer in se ipso, adeo intumuit, ut Ezechiel dicit (cap. 29): *Elevalum est cor tuum, et dixisti: Deus ego sum, et in cathedra Dei sedeo, et deisti cor tuum quasi cor Dei: hoc est, nullum sibi superiorem recognoscens, quod adeo proprium est Dei, ut nec de potentia Dei absoluta alteri per naturam, aut privilegium convenire queat; Lucifer autem non contentus adversus Deum insurrexisset, tentavit reliquos omnes angelos in suam sententiam trahere: cum enim esset plenus sapientia, confidebat facile omnes eius suasionem voluntati suae consensuros; ait enim de illo Ezechiel (cap. 31) sub nomine Assur: *Flumina eius manabant in circuitu radicem eius, et rivus suos emisit ad universa ligna regionis, et multiplicata sunt arbuta eius, et elevati sunt rami eius prae aquis multis: hoc est, flumina, et rivus consilii, et doctrinae suae ad universos angelos misit, ut eos circumveniret; quia irrigatione arbuta, et rami eius creverunt, siquidem tertiam angelorum partem in suam traxit falsam, et erroneam opinionem (Ezech. 31): *Et aemulata sunt eum omnia ligna volupatis, quae erant in paradiso Dei: non dixit absolute, omnia ligna, quia non omnes angeli illi parerunt, sed cum restrictione, omnia ligna volupatis: cui significaret eos solos angelos ei consensisse, qui gloriae suae voluptatem, non Dei honorem, et gloriam quiesverunt, quosque amplius delectabat servire creature, quam Creatori. Sed heu miserum Luciferum! heu infelices eius assellae! non quidem pro votis, ut falso sibi futurum blandiebantur, sed contra vota omnia illis contigit: dicebat Lucifer: *In coelum ascendam, super astra Dei exaltabo solium meum: sedebam in monte testamenti, in lateribus aequalonibus. Ascendam super latitudinem nubium, similis ero Altissimo; sed confestim mente cordis sui dispersus est; audiens sibi dicit (Isai. 14): Veruntamen in infernum detraheris, in profundum lacu: neque solum ipse, sed et omnes eius sectatores, Ezechiele dicente (c. 31): *Terrae deductus est cum lignis voluptatis ad eum******